Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rimus: certa redempti
one capiamus. P dom.
Omnipotens Vdalrici epi.
O sempiterne deus qui
nos annua recursione
depositionis sci Vdalri
ci confessoris tui atque
pontificis sollempnitate
letificas concede propicius:
ut eius suffragantibus
meritis ab imminentibus
periculis liberemur et eter
nis gaudiis inferamur.
Hec munera Secr. P.
quesumus domine clementer suscipe:
et intercedente beato Vdal
rico confessore tuo atque
pontifice nobis saluta
ria esse concede. P dom.
Gustu salutaris Com.
hostie recreati omnipo
tentiam tuam domine
suppliciter exoramus: ut
apud misericordiam tuam beati
Vdalrici confessoris tui
atque pontificis meritis
adiuvemur. P dnm.

In octava apostolorum Petri et P.
Deus cuius dextera
beatum Petrum
ambulantem in fluctibus
ne mergeretur erexit: et
coapostolum eius Paulum
tercio naufragantem de
profundo pelagi libera
uit. exaudi nos propicius
et concede: ut amborum
meritis eternitatis glori
am consequamur. P dom.
Offerimus tibi domine Secr.
preces et munera que ut
tuo sint digna conspec
tui: apostolorum tuorum quesumus pre
cibus adiuvemur. P do.
Protege domine Compl.
populum tuum. et apostolorum
tuorum patrocinio confi
dentem: per hec sumpta
sacramenta. perpetua de
fensione conserva. P.
Kyliani et sociorum.
Presta quesumus omnipotens deus.
ut qui sanctorum tuorum Ky
liani sociorumque eius